

Academia Peccatorvm. Seu Conciones De Tota Parabola Prodigi Euangelici

Qvæ Flagellvm Peccatorvm Sev Conciones De Fame Prodigii

Bosquier, Philippe

Moguntiae ; Coloniae, 1614

I. 1. Concionis proœmium. 2. Sceleratorum correptio Rebuspub.
necessaria. 3. Alioqui, quæ inconuenientia. 4. Punit impios Deus. 5.
Amore. 6. Prodigus, correptus, beatus. 7. fame luit. 8. Poena ista ...

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55934](#)

CONCIO PRIMA.

4.14 δαπανής τοις δὲ αὐτοῖς πάντα, ἐγένετο λιμός
ἰσχυρὸς κατὰ τὴν χώραν ἐκείνην, καὶ αὐτὸς ἤρξατο
ὑπῆρχον.

4.14. Et postquam omnia consummasset, facta
fames valida in regione illa, & ipse cœpit ea
gere.

4.14. Quumq[ue] consumpsisset quicquid habebat, fuit
fames magna in regione illa, & caput egere.

ARGUMENTVM.

1. Concionis proemium. 2. scelerorum correptionis
Rebus pub. necessaria. 3. Alioqui, que inconuenientia.
4. Punit impios Deus. 5. Amore. 6. Prodigus
corruptus, beatus. 7. fame luit. 8. Pœna ista ipsi
congrua. 9. Lenis. 10. crudelis. 11. misericorditer
punit Deus. 12. Medicus peritus Deus. 13. Exstir-
pat luxuria radicem. 14. cataplasmate uno vul-
nera omnia non sanat. 15. fames utilis aduersus
peccata omnia. 16. Qua deliquerunt membra
penituntur. 17. fames prodigi cur tanta. 18. Isuen-
tus dure castigata. 19. Deus creditor rigidus. 20.
fames, qua ob immania sceler a acciderunt.

Espirauit, (gratia Deo) indictum nobis iustitium,
quod arbitrio ruminandis, digerendisque concio-
nibus nostris nuperis, prælibandæ dulcedini amoris
Dei, dicendo vale perpetuo peccatis, impensum. Si se-
cus, ecce nunc consuetorum laborum tempus reuixit:
Ac veniam adeò demonstrem vobis perspicaciter, ceu
in seculo pellucido malè fortunatam prodigi nostri
vitam; aut potius relata perdita ipsius vita legenda,
acres quos pertulit dolores, demersus vasto Oceano
voluptatum: ut hac ratione in via cōtineantur probis;
cogantur missis finibus & anfractibus regredi impij;

DE FILIO PRODIGO

perspecta malorum infinitate, quibus deum opprimitur peccatores. Hec erit basis huius secundae cōtigationis ad fidicij nostri Euangelici. Hoc loco est porta, & constituet aditus: Et p̄sq̄m omnia in summaſſet facta est famē validat̄ in regione illa. Vbi ab ligurijs ſet prodigus facultates suas omnes; pecunias, vesteſ, prædia, viſas, domos, agros, caſta, iocalia, niones, annulos, torques facta, vt aiunt, quāſi prouina, inualuit dira famē in regione illa, vt & ipse ceperit penuriam pati. Exiit vero, ſue pyla poſtūc eſtit: Et cupiebat implere ventrem deſtiquis, quia poni manducabant, & nemo illi dabant. Quia vero ea fuit humeritas veſtra, non eloquentia noſtræ virtutis, cum & tenuitas & sterilitas mihi explorata; quia, inquam, dignati eſtis preſentis veſtra, alto veſtro ſilēio cōhōnſtare anticas conūciones, ob ſecro, vt ſi sterilitas ſenſorum agrorum, quos nuper excolebam candore m̄ primū non ademit, nunc alacriores & ateniores ſitis, dum vērnantem hunc campum, in paradisum terrestrem obambulabo, ſecondam nimirum partem Euangelij nostri. Paradisum, dico: non quod mihi & vobis voluptati debeat esse ſeim super iliade ſacra malorum miſeri, prodig: Nequaquam, non delectat carnis & crux humanis, cum antropophagi: non delectant vndique erumpentes flammae, cœa vētationem è ſublimi ſpecula ſpeculantem: non eſt voluptati ſpectare cum abiecto ignauoque Scipione procul ab imperu è crepidine montis acre cerramen, cruentum caſtorum binorum, conſlictum Dei & peccatoris: non quod ea ſint mihi gaudia, ab excelfis ruffi Phares conſpicere infelicitis Vlyſſis claſſem modò in eſolum vſque fluffibus agitatain, modò ad pelagi depreſſam ima, modò in ſcopulos rupeſque impingenc, confractis malis, ruptis velsis, à Scylla in Charybidi delatam: nauarchas, duces, milites cum perſido Nauplio nantes, huc, illuc pulſos cernere.

Virgilius i. Aenid, Non obtusa adeo geſtamus pānia
Pani,
Nectam auersus equos Tyria ſol iungit ab urbe: Ad

CONCIO PRIMA:

Ast contextum luctuosæ sortis prodigi nostri paradi-
sum ad pollo voluptraris, à venustate locorum commu-
num, quos habeo obuios ceu totidem arcas; à flori-
bus eloquentia, quibus eum respersit Christus: quia
incundum alieno periculo sapere: quia eiusmodi æ-
rimum acceptæ sunt animis verè penitentibus; & li-
benter expiandis patratis sceleribus perforuntur: quia
eum consideratio plerumque aberrautes deducit
in optatum gratiæ salutisque portum: quia gaudium
et prodigo eorum opera saluo, commemoratio
præterita calamitatis: *Habet præterita calamita-*
tus secunda recordatio delectationem, inquietabat Cicero.
In hoc paradyso licet visere, ut appositæ pœnas
erigat a prodigo Deus, profusionis, fame, conue-
nienter ad delicta: *Postquam omnia consummasset,*
sæta et fames valida in regione illa, & ipse coepit egere;
libertatis, dura seruiture. Qui enim æquissimis vo-
luntatis paternæ obsequijs mancipare se renuerat,
cogitur exteri ignoti tyrannicum subire iugum: qui
in ortu sui domo subsistere non poterat, haram ha-
bet pro domicilio: qui honestis parentis domesticis
conuicere nequibat, fit porcorum contubernio, dig-
nus sane talium aulicorum dominus: non contentus
liberali conuicetu patris, alueo pororum viuit;
imò non viuit, perit, porridente nemine filiquas,
quibus pro votis exploraret ventrem. *Et nemo illi da-*
bat. Illustres sane areae istæ, huius horti Academiæ
nostræ, venustis referta floribus, non minus aspectu
quam odoratu gratis; quos per tempus carpe-
mus, & ordine distribuemus vobis. Nunc solam
perstringemus inediā, cur hac potius quam a-
lia quavis calamitate ictus: quare tantopere in-
valuit ipsa; deinde, sub finem demonstrabimus
nunquam penè accidisse famem, nisi ob atrocias
flagitia. Atat, rogemus cum, *Qui plantauit hor-*
tum veluptatu à principio; cuius nutu clauditur
& repletatur; *Aperit & nemo claudit, claudit, &*
nemo aperit, nobis concedere clauem huius no-
sti, ne nobis occludatur & inaccessibilis fiat.

A 3

Eum,

6 DE FILIO PRODIGO

Eum, qui aliquando sub hortulanis specie Magdalena dignatus est apparere; & qui sua gratia hunc horum parabolæ nostræ excolendum videtur curse nostra commisisse, quomodo terrestrem alium Adam tradidit, ut operaretur & custodiret illum me quoque spinam.

Ioan. 20. **Gen. 2.** **Institutio** fortitudinis dignetur, quo adeò perire excolam eum,

Rerumq. ut fructus vita proferat peccatoribus. Ave Maria,

basis. 2. Eloquentia Romanae patens, eloquenter promo-

Vide Plat. re suo, l. 3. de natura Deorum: Nec domus, nec Respubl.

in Amat. ratione quadam & disciplina designata videatur si in us

ubi pro- nec recte factis præmia existent villa, nec supplicia pata-

Cice- bat Ciceronis: sic mundi diuina in homines moderatio profecta mul-

rose ciuit- la est, si in ea discriben nullum est bonorum & mal-

zate non rum.

pulsus. Idem in parad. 4. Ius & equitas: vincula sunt ini-

Pf. 93. tatis.

Pf. 96. Doctorum quoque aquila S. Augustinus tomo 1. l.

Aratus vir- 4. de ciuit. cap. 4. Remota iustitia, quid sunt regna u

ginem magnalatrocinia.

diu. id Nota ex eodem loco responsum Pyratæ ad Alexan-

drum, & Cicerone l. 3. de Rep. Justitiam amplectens

se dicit. priorem Rex, imperij suscipiens clavum: iustitiam

Quā Theo- nouissimè deserat. si modò eam deserere potest Honor

phrases Regis iudicium diligit. **Iustitia & iudicium** corrigere seu

etiam vir- pud Ge. Ouid. l. 1. Metamorph. Virgo cede madentes.

thiū pro- Ultima cælestium terras Aæbra reliquit.

didit. 3. Hac enim subtracta pessum ut regnum, sicuti zedi-

Curtius l. ficium corruit euulso fundamento. Namque, deinde

2. Maiestat- iustitiae, Maiestas Imperij (ytique eius fulcrum, tut-

tē Impe- la, & conseruatio) deprimitur: ipsius giguitus con-

ripi salutis temptus, omnis Principatus contagium pestilentissi-

cutelā es- tum. Quis vereatur Principem, cuius gladius manet

scit. altè reconditus; qui feriatam habet macharam. & qua-

Incommo si vaginæ inuncatam? Qui ignavia, magis quam cle-

tia sub- da ex iusti mentia authoritatis aciem hebetari patitur? Nonne

hocce ipsum fabulator Philosophus A. Soprus, inducet

traditione. ranas sus deque trabe Rege suo salientes, & resilien-

Apol. 19. tes, Regem immotū, insensibilemque subsannantes?

Deinde

CONCIO PRIMA.

Deinde; impunitatis spes, irritamentum est validum
delinquendi.

Cicerol.3. Offic. & pro Milone: *Impunitas peccandi*
maxima illacebra.

Publius Mimus apud Macrobius l. 2. *Saturn. cap.*
7. *Veterem ferendo iniuriam, iniurias nouam. Sterilesce-*
re denique virtutum ager, si nulla exstant in Rep.
Premia recte factis.

Iuvenal. Satyra 10. *Quis enim virtutem amplectitur*
ipsam,

Premia si tollas?

Quis in agone contendat acriter, non affixis ad co-
lumannam præmij? Quis malum fugiat, ni viderit cru-
ces, & equuleos? Necessaria est adeo iustitiae virtus v-
bique, ut qui crux, & deque pascuntur, ipsius non-
nullam retincent umbram vel iniuriam. Apes ipse insti-
tutæ Reip. politiam tutantur, supplicio rebellium, & Offic.
exilio incertum.

Virgilius. Eneidos: *Agmine facto*

Ignatum fucos, pecus à præsibüs arcent.
Augustus apud Senecam in ludo: *Pietate & iustitia*
Principes Dij sunt. Scipsum, Reipub. statum, virtutem
non amat, inimicus non est vitis Princeps, ni de-
linquentibus decernat supplicia ex iustitia.

Plato in Amat. Inscriptio qua in Delphis est precipit,
prudentiam scilicet & iustitiam colere.

4. Hinc, optimus Deus noster, unicus Cæsar & Mo-
narcha huius vestrae Reipubl. totius orbis, ut se iu-
stum probet, nulla recte facta sine præmio, nec vitrum *Matt. 12.*
aqua frigida, quandocumque; nulla delicta impu- *Tibull.*
nitia dimittit, quamlibet sero; Tarda tamen raci- *D. Bon. 2.*
ti pena venit pedibus; severè mitis, mitè severus: *Senz. dist.*
Nullum dedecus culpa, sine decoro iustitia: spectans *36.*
turelam suæ Maestatis, adminiculum & conserua-
tionem legum; commodum Reipubl. vtque spe præmij
stimulentur probi; terrore supplicij à scelere deter-
reantur mali: quanquam summae illi bonitati mole-
stum sit coripere.

¶ Isa. 1. Huius, vindicabor de hostiis meis?

A. 4.

D. Chry-

D. Chrysostomus patrarchi 1. ad Theodorum Monachum lapsum: *Illiis Deus qui in ipsum deliquerunt ne
follet propter suam contumeliam immittere, aut quicquid
incommodi in hanc naturam inducere, sed omnipotens inspi-
ram spectans utilitatem, videlicet, ne peruersitas nostra
aut in peccatis abeat, aut contemnat, despiciatque illius bong-
nitatem.*

Et paulo post: *Hac de causa Deus flagella nobis mina-
tur, & interim adducit, non ut se vlciscatur, sed ut nos ad
fetrabat.*

Verumtamen immenso in nos amore vindicat pec-
cata nostra Deus.

2. Machab. 6. *Multo tempore non sinere peccatorum
ex sententia agere, sed statim vltiones adhibere, magnifi-
cisci est iudicium.*

Pl. 98. *Domine Deus noster, tu exaudi ebas eos, Dein tu
propitius fusti eis, & vlciscens in omnes adiumentos tuos.*

Prou 3. *Quem diligit Dominus corripit, & quasi patet
in filio complacet sibi.*

Heb. 12. *Flagellat omnem filium quem recipit.*

Apoc 3. *Ego, quos amo, arguo, & castigo.*

Plato in Cratilo: *Miserum esse, qui peccatorum poena
non fuit.*

Jn insigne, tesseramque amoris Deus pollicebatur. Da-
vidi futurum, vt si posteri eius desicerent ab obedien-
tia legum suarum, eos flagris dexteræ misericordis
reduceret.

Pl. 88. *Si autem dereliquerint filij eius legem meam, &
in iudicijs meis non ambulauerint: si iustitias meis pro-
phanauerint, & mandata mea non custodierint, infi-
tabo in virga iniuriantes eorum, & in verberibus peccata
eorum: misericordiam autem meam non dispergam ab eo,
neque nocebo in veritate mea. Rursus, argumentum est
enim Deo iauisum, cui post sceleris non immititur fla-
gella.*

Origenes homilia 8. in Exodus, ait evidenter signum nullius in prole parentis amoris id esse, si
pimimum eam non corripiat, si recte, maleque facto-

rum

CONCIO PRIMA.

rum coram gerat nullam; si planè missam fecerit, quomodo medius & grum, de cuius salute nulla exstat ips. Parimodo, ni nos fallant sancti Patres, dicentes, *Cicero 4.*
Deum grauitate offendit peccatoribus, non offendit, id est, non corripietem, nobiscum agitur. Ignoratus Philosophos Platonem, & Archyram Tarentinum tratos, non animaduertisse in seruos; sedata vero ita panas exegisse ab eis?

D. Bernardus, serm. 42. in Cantica: *Tunc magis i. sera ultissima Deus, cum non irascitur.* Meministis Deum, tione Numinis. quo maximè tempore Israëliticam Gentem depetriri solitus dicere: *Ego sum Deus tuus fortis, Zelotes, Exo. 20. visitans iniquitatem patrum in filios, in tertiam & quartam generationem eorum, qui oderunt me.* Tepente vero, algenteque pristino amore postmodum, ita demrente populo, iratum dixisse: *Ansperget zelus meus a te, & quiescam, nee irascatur amplius, eo quod non fueris recordata dierum adolescentia tua.* Age, perge quo libet, tibi permitentur frēna, non est quod metuas doinceps ab ira mea.

Legitis aliquid, ut iracundus valefacto dimittat populum suum in psalmis?

Pl. 80. Et dimisi eos secundum desideria cordis eorum, ibi in adiumentibus suis.

Plal. 9. Exacerbavit Dominum peccator, secundum misericordinem ire sue non queret.

Plal. 72. Ecce ipsi peccatores, & abundantes in seculo, stimuerunt diuinas Sequitur: Verum tamen propter dolorosus isti percussisti eos dum alleuarentur.

Zachar. 9. Non pascam vos, quod moritur, moriatur, quod succiditur suicidatur, & reliqui devorent, unusquisque carnem proximi sui.

Osee. 4. Non visuabo super filias vestras cum fuerint adulterata.

Quocirca, sapienter cum Regio Vate, qui deliquit, D. Aug. dixit: *Dominene in furore tuo arguas me, neque in ira tua in illo compius me, in illa videlicet ira, qua peccata parvula ludus. 6.* trita non vici sceleris. Id est, argue, corrige, hic vere, hic Domine perfice, ut in æternum parcas.

10 DE FILIO PRODIGO

Micheæ 7. Iram Domini portabo, quia peccavi.

*Psal. 72. Ne me ô Domine in eorum referas numerum, qui
Vide O. in labore hominum non sunt, & cum hominibus non fa-
rig in gellabuntur, in hoc seculo, sed in futuro cum diabolis
Psal. 37. antipodibus.*

6. O beatum prodigum medijs in ærumnis suis! In-
felicē dixero, ab infolēti vita, à fortunē sorte, à fame,
à seruitute vili, consideratis vt repugnates cōmodo vi-
tae, & bono naturæ: ast terque, quaterque beatum,
quem Deus pro ordine & ratione iustitiae (ne in po-
sterum temni Maiestatem suam cōtingat; vt delinquē-
tes cohibeat, & ad bonum reducat; vt exemplo certe-
ros doceat; nec ad noua patranda scelerata, indulgen-
tia, dissimulatione, impunitate prouocet remunrate
cāpit. Hic dies tibi ô Prodigie, festiūor, omni alio, qui
tibi vinquam lætus illuxit.

*Stobæus serm. 42. Ferunt receptum Persis morem, vt
Regis imperio flagris cæsus, gratias referat, tanquam
si feliciter secum acclum sit, quod Rex ipsius memor fuerit.
Plurimum certè Deo teneris, ô prodige, quod te cēde-
re virgis incipiat: tui in regione longinqua constituti,
nihil minus quam de ipso cogitant, meminerit, & a-
moris sui in te argumenta te corripiendo demonstreret.
Persualum habe Deum summō furore in te non exca-
duisse, vtique qui te castigat. Gratias referens, confite-
Psal. 118. re Domino: Bonum mihi quia humiliasti me, vt discessam
iustificationes tuas.*

*D Chrysostomus hom. 13. in 4.c. Matt. paulò ante fi-
nem dicit esse misericordiæ, quædam puniri.*

*Tres pro-
digi pla-
ga.* 7. Speitemus nos quas ab eo extorqueat penas
Deus. Et postquam omnia consummasset, facta est famæ
valida in regione illa, & ipse capit egere. Tribus hinc in-
de missis tortoribus, cum cogit ad meliorem frugem:

D. Bonau. Facta est famæ validæ, & ipse capit egere. En primum, fa-
mem. Et adhæsit uni ciuium regionis illius, & misit eis in
villam suam, vt pasceret porcos. En secundum, ignomi-
niosam seruitutem. Et cupiebat implere ventrem de fili-
quis, quas porci manducabant. Ecce tertium, mendici-
tatem summam. *Euis.*

*Virg. 1.
Æneid.* velut agmine facta, quæ dat aperi-
ruant.

CONCIO PRIMA.

11

Buiscerato ventre marsupij clysteribus & rhebarato luxurie; exhaustis arcis, per meretrices, Harpijas insignes, faēdas, veras sanguifugas; per aulædos, cantores, jalatores, lurcones, comedones; distractis vestibus, & vniuersa supellec̄tili; ad summam reducto venustrulo amatore egestatem per cōptulas amasiolas, quas perditè deperierat; pomorum carptorem, aut incendiarium dixilles; cui vix subcula, ad instar malatorum Vulcani munda, tegendæ nuditatii: denique, fastuo illo pauone, insigni sua rota exuto, & pennis omnibus nudato, vt ne ossiculum superet let fricandum / ista siquidem omnia inculcat textus. *Ez post* Erasm. in annot. *D. Amb.* legit consumpsit. *Caieta-* nus, consummas- set, pro consum- psisset di- cītum. *Calixt. 2.* p. hoc est cōsum- psisset. *Lenimus,* absum- psisset. *Sap. 2.* Ita est James valida in regione illa, & ipse caput egere. Hec brālūmus est, vt notat Vatablus in margine, pro ita ut appetere egere Fames, egestas, annonæ charitas, necnon immoderatus edendi appetitus insolitus inualuit; *Aristot.* quod propriè significat Latinorum fames, & Græco- Cœliūiaꝝ rum λιμός; cui auditati denorādæ addūt Graci iΧριστὸς, dicit. & verbo nostra, *valida*; estque quod eleganter Graci Vide Ce- vna dictione Cœliūiaꝝ, aut Κέλιον ἡ, Κεπινᾶ; nos di- liū Rhō- ram famem dicimus. Significant verò dictiones illæ din. l. 13. Græce excessum, ratione particulæ 68, quæ alteri di cap. 39 l. fitioni iuncta cius auger significatum; quod Cœs græ- 14. c. 1. cum, signet nobis bouem, animal enorme, multique fabuli; & auditas ista, morbi genus, quo qui labo-

rat,

rat, esurit insanè, etiam post sumptum cibum, diciturque noabullis canina fames: quam cladè, commotus est aliquando Deus populo suo per Isaiah; et que inexplicabilis appetitus ille mulieribus frequens fuit.

Ps. 38. Circuibunt ciuitatē, & famē patientur ut canit.
Isa. 9. Declinabit ad dexteram, & esuriet, & comedet ad sinistram, & non saturabitur.

Plinius l. 12 hist. cap. 34. Mori esuriendi semper inplebis audiitate, animalium vni homini, accidit.

Eusebius in historia Eccles. scribit Herodem Regem Judææ simili audiitate vorandi à Deo puniūt esse, nec tam phœnix, quam fame perire.

Hippocr. l. de flatibus: Fames morbus est, item fū.

Galenus lib. 2 Aphorism. aph. 16. famem interdum accipit pro defectu ciborum, interdum pro tenui & parum idoneo victu. verumtamen, adueniens naturaliter morbus iste, potius inualerit brumali calore, quam sereno & temperato (vti asserit Euanistratus relatus ab Aulo Gellio) quod calor naturalis repulsa & acritate frigoris hyberni compulsus interiora repetere consumat alimentum siccum; quo consumptu inuidit summa audiitas illa, teste Aristotele. Prouenit etiam eiusmodi esuries ex thermatum frigidarum frequentatione: calor enim naturalis per totum corpus diffusus, & ab æstu solis attractus, aquarum algere ad interna se recipere cogitur penes digestum; vnde sit vt idem calor concoctus, fricisq; civilium omnibus in stomacho, excitet denuò primam famem: è cruditatem ingenerat, per quam edendi stimuli nollunt acciuntur. Vtraque porrò fame, & annona penuria, & inexpibili audiitate edendi laborabat regio.

Deinde, tametsi eruditus Erasmus dicat optimè distinctionem ἡχύος, qua hoc loco vtitur Græcus, referri ad asperitatem, non ad quantitatem, arbitret tamen possum, ad connotandam quoque magnitudinem, id est vniuersitatem & extensionem istius famis, comprehendentis non vnam & alteram ciuitatem, sed generaliter vniuersam regionem, suamentisque incrementa

Somnia
euecta
canum,
panes.

Aulus
Gell. l. 16.
Noct. At-
tic cap. 3.
Arist.
problem:
sech. 8.
9. 4.

CONCIO PRIMA.

33

assidue, donec inuolueret, stringeretq; prodigum nostrum. Facta est fames valida in regione illa. Deus merito irritatus peccatis adolescentis, Virgil. i Aeneid. Vnu obnoxiam & furias Atacis Oilei; totam cum ipso affigit prouinciam. Dicemus in sequentibus, nunc sufficiat inquirere, cur peculiaiter fame crucietur. Prodigii 8. Mihipsum temperare nequeo, qui exclamatione optimè geminem. O altitudo, o altitudo diuinarum sapientie & fame punitum. Siquidem, non aduertitis mecum, ut prudenter congrua peccatis immitiat supplicia?

Plutarchus tomo 2. moral. tract. de sera numinis ultione: Medicinam anime qua vulgo iustitia cognominatur, omnium artium maximam testatur Pindarus, qui ideo vocat Deam Arislotechnam, artificum prestantissimam, quippe iustitiae administrationem qua ius habet determinandi quando, quomodo, & quatenus quilibet malorum sit puniendus.

Arbitramini, aequiuallisse affligrandae regioni illi, immissam pestilentiam, aut bellum atrox, fami; quæ fune immunes, viritatique Dei nostri carnicices? Aut extimatis, eadem facilitate Deum assumere non posuisse binas alias furias, quam famem; vel triplici fulmine eius cervices excerebrare, aut hiantे terra abdissimis eius visceribus viuentem sepelire? Innumeris modis eum corrumpere poterat Deus, quis dubitet?

Psalmo 31. Multa flagella peccatoris.

Deuter. 32. Nonne hac condita sunt apud me, & si dñe promittat in thesauris meis? Mea est ulti.

Poterat Deus ex innumeris fagittis, quas in pharetra, & armamentario suæ iustitiae reconditas habet, v. 2. malis v. 3. num. Sunt nrae tribus potissimum qdè castigare, prout aliquando insinuauit Davidi, dicens: Trium tibi datur optio: ve tentia eorum sapienter & mature vsus est præ cæteris fame, vt pitali dñi semisericeorditer seuerum, & seuerè misericordem exibetur. Nec enim malum datur crudelius humanū, solere de- & humand crudelius fame: Nullū incommodum sic ferri, gla- cogin hostem, vt fames: nihil ad omnipotentiam Dei dium, la- propius accedit, quam fames: qua ad incitas redigitur quem, a perduellis, quæ cogit subdi rebiles,

Pla-

Mensan-

dri prou-

Etribus

malis v. 2.

num. Sunt

qui dicat

ijs qui se-

tentia ca-

næ tribus

potissimum

qdè castigare

prout aliquando

insinuauit

David, dicens:

Trium tibi

datur optio:

ve tentia

eorum

sapienter

& mature

vsus

est præ

cæteris

fame,

vt pitali

dñi

semisericeordi-

ter seuerum,

& seuerè

misericordem

exibetur.

Nec enim

malum

datur crudelius

humanū,

solere de-

hiabitur.

Nec enim

malum

datur crudelius

fame:

Nullū incom-

modum

sic ferri,

glaci-

gogi

hostem,

vt fames:

nihil ad

omnipotentiam

Dei

diuum,

la-

propius

accedit,

quam fames:

qua ad

incitas

redigitur

queam,

a-

perduellis;

quæ cogit

subdi

rebelles,

Plutar. to. 2. mor. tract. de his qui serd à numine punitur, ait; Lysimachum presulm siti corpus propterum, totumque exercitum dedisse Getis, cumque deditus iam bibisset, dixisse: Proh! me hominem prauum, qui tantillae voluptatis gratia tantum amiserim regnum.

4. Titus Liuius in epitome: L. Antonius obfessus ab Octavio Augusto Perusia oppido Etruria, cum extrema laboraret arnona penuria, coactus est cum trecenti alijs deditonem facere magistra fame.

Suidas, & Thucyd. in s. Melus oppidum Thessaliae à Nicia duce Atheniensium non tam expugnatum machinis bellicis, quam fame.

Nostra ætate Dux ille Hispanorum iniquissimus, totiesque viator Dom. Daragonius vulgo dictus, Haciemum deserere coactus est, magistra fame.

Anno 1596. Fera illa Galliae ciuitas verè sera pessima, à nostris restituta Regi Francie, magistra fame. Iulius Frontin. l. 3. Stratag c. 4. videatur.

Fames
bello mi-
tior secū-
dū quid.
I.

Gen. 42. Filii Iacob didicunt adorare Ioseph, vel maximè exosum, magistra fame.

Gen. 25. Esau maior didicit seruite minori magistra fame.

9. Amplius, humanum malum est in sua crudelitate fames: nec enim subito furore opprimit, sed lenta tabe consumit. Fames, humanè crudele malum, non incendit, non mutilat membra, non effundit sanguinis ruinos, vt bellum; Nec inundant sanguine fossa, summo cum eius dolore qui in carne sua excipit vulnera; horrore eius, qui ebullientes cernit fratrem cruentum, ad instar erumpentis liquoris è dolio contracto riuios, ad paucore eius, qui gemitus confusos pereuntium, terram mordentium, arenam cuore vuidam mandentium, audit. Humanum acre malum fames: nec compositio rei existentis, sed sola priuatio absentiaue homini naturæ congrui; est vacuitas, vanitasque ventris, Malum est esuries, quod minus sentitur quò magis augetur.

Eraistratus med. apud Gellium l. 16. noct. Attic.
3. Nam si qui sponte abstinent cibo, primù temporibus

CONCIO PRIMA.

13

fame afficiuntur, post autem minus, aiebat medicus qui-
tam. Est atrociter humanum malum famae; cuius re-
medium vulgare, omnibusque notum; remedium pre-
fens, in promptu est, sumptibus exiguis. Parvo conflat
fame. Lene vulnera famae, que indicibili voluptate cu-
tatur. Deinde ventris arcta constrictione, compressio-
ne ad tempus suspenditur, & patienter suffertur.

Erasistratus l. i. diairescon apud Gellium l. 16. noct.
c. 3. Scytha enim cum sit usus ut famem diutius tolerent
falso ventrem circumligant. Ea ventris compressione e-
xstitionem posse depelli creditum est. Denique sufferen-
tem longanimitate nullo adhibito remedio, paulatim
& insensibiliter plus minus ostenduo ad funera dicit.

Plinius l. 12. histor. cap. 54. Homini non utique die se-
ximo lethalius inedia: durasse & ultra undecimum plero-
que tertium est.

Porto, etiam Albertus scribit suo tempore in Ger-
mania suisse feminam, quæ sine cibo dies quandoque
vixit totos, egerit: & virum se vidisse, qui sine cibo
septem perseuerauerit hebdomadibus, alternis tan-
tum diebus aquam exsorberem.

Iterumque Plinius alibi dicit, compertos sibi Scy-
thas in duodenos nonnunquam dies fame & siti du-
tare, quædam solum herbas in ore habentes.

10. In qua porro humanitate, plurimam deprehen-
do reconditam crudelitatem. Crudelis, quæ homini
admit vite adminicula; quibus substractis necessarium
est corruiat, haud secus ac pyramis suffosso fundamen-
to. Immanis, quæ homini bellum mouet intestinum,
vitahoresque occupat partes, & nobiliores. Fera, per
quam se ipse internè vorat discepit; homo, vti quō-
dam Eritretho, externè; famelici adipe liquante dif-
fundente, sustentationi corporis, vti ait Aristoteles:
Si in eis cibis viriosaque cupiditate resolutio imbecillitasque se-
quuntur, materia statim interna corporis, à collecto calo-
re colliguntur: Quæ si ad locum cibo a natura destinatum
inficiatur, pro cibo seipsum corpori applicabit. Improba,
que hominem pecudibus deteriorem factum, com-
pellit quandoque mandere paleas, fumum, stercore, &
& quid turpius detur.

Dio-

4.

5.

6.

7.

8.

14

2.

3.

4.

Diodorus lib. 14. Rhegini obfessi à Dionysio Tyranno
herbas circa muros crescentes pecudum infar depalili
funt.

4 Reg. 6. Quarta pars cabi stercois columbarium quin
que argenteis emebatur, tempore famis in Samia
ria.

Thren. 4. Qui nutriebantur in crocibus, amplexati sunt
sterco.

Hierosolymitani enim obfessi à Vespasiano clo
cas rimabantur, vt boum veretrem simum alimentum
habent. Stercus inde collectum, quod nec visu quic
dem tolerabile fuerat, ijs cibus erat.

4. Reg. 6. Caput asini octoginta argenteis verij.

Appianus lib. de bello Mithrid. Atheniensis ob
dente Sylla lixarunt coria, & ciscocta in alimentum ve
terunt.

5. Trux; per quam adeò trix euadit homo, vt in an
tropophagum, cyclopem, lemurum mutetur; homi
tomo 5. l.
3. de cin.
4. 21.
Sagunti meminit
diff. ad Li
nius l. 2.
dec. 3. Po
lyb. l. 3.
kif. D.
Aug. ser.
2 II. de
temp.
Ioseph. l.
7 de bello

Iud. c. 7. menta parenti; vti & saturnus liberos.

6. 8. Dira rabies, fames; que hominem eo usque rigo
Chrysost. vt quos maximè in delitijs habet, deuoret. Nec eam
l. 1 ad 4. desunt, qui coniuges absumperint, vt Calagutii, cuius
vitupera tate Hispaniæ, patria Quintiliani, cuius ciues Pom
tores vita pej exercitu cincti adeò extremam passi sunt anno
monstris.

Ouid. 8. Metamor. Prebebantque aido non impalati

menta parenti; vti & saturnus liberos.

Dira rabies, fames; que hominem eo usque rigo

Chrysost. vt quos maximè in delitijs habet, deuoret. Nec eam

desunt, qui coniuges absumperint, vt Calagutii, cuius

vitupera tate Hispaniæ, patria Quintiliani, cuius ciues Pom
tores vita pej exercitu cincti adeò extremam passi sunt anno
monstris.

CÖNCIO PRIMA.

17 6

az penuriam, ut absumptis omnibus animantibus, ne Euseb l.3.
filum Sertorio datam soluerent; mactarint & proles his Eccl.
& uxores; vitam tutantes morte eorum, quos omnij cap. 6.
maxime charos habebant. Haud imminet nuncupa ex Hiero-
turabida famae, quæ ad tantam rabiem dederit. A. solymoru
tox, quæ compellit non solum mobilia & immobilia oblidione
docet distractare, sed & seipsum, libertatem, quæ iusto pretio mis malū
nequit estimari, tametsi veneat Pactole, & vniuersaliter superare
genus orbis.

Non bene pro rato libertas venditur anno.

passiones

omnes.

Eam vendiderunt Ægyptij fame virgente: eam pa- Silius
rativendere erat inualecente penuria in deserto He. Ital. l.3.

bizi; malentes deuò Pharaonis tyrannicum subire Virg. 6.

ingum tecens excusum, quam elutitione distorque. Æneid.

nixa, quæ cæde non enecat subita, ut pestis & bel- 7.

lam, sed vita partem absunit indies: Diu viuere De varijs

permititur, imo non diu viuere permittitur, sed tan- existitatis

dem mori compellitur lenta morte; quin quotidie a famis

tricemi infert mortem. Tetra, quæ priuat voluptate 8.

refectionis & somni, maximorum bonorum, quæ ani- vide B.4.

mali accidere queunt. Hinc sapienter Theologi, nec sil. homil.

no pagani Philosophi eam tormentis infernalibus defame.

annulmerant. Famen patientur ut canes.

Aul. Gell. 1.6. Noct.

S. Basilius homil. de fame & siccitate: Fames, om- Att.

nium malorum caput, optimæ.

Threnor 4. Melius suis interfectis gladio, quam inter- Plutar de

fatu fame: quoniam isti exstabuerunt à sterilitate terra, tuenda

inquietabat lachrymabundus Jeremias; conformiter ad valetud.

Homerum, qui ex omni genere mortis, hanc procla- 9.

Rhodigin

monialibus omnis.

At perisse fame, res una miserrima longè est.

24. Philo

Cicer. lib. 5. ad Atticum: Famine nihil miserius.

1. de Ioseph

Ammonius Marcellinus lib. 19. hist Rom. Ultimum Gen. 47.

malorum omnium.

Exo. 16.

Adde, quod quandoque pestem secum inuehat. E. Aug. tra-

quidem ab insalubribus cibis, & pessimi succi, quorū 27. in Io-

necessarius est virus deficiente annona, scaturiunt per- an. in fine.

fac. 1. niciosissimi morbi. Famem pestilentia sequitur, vulgo
 Tuscul. fertur: Deo ita permittente, quia non emendatus uo-
 Tantalū bis primos suos conatus irritos cernit. Haec non suffi-
 progra- sit, alia aggrediorum via, ait.
 uissima 11. Itaque, atrocissimo illo tormento ob criminum
 pana a- enormitatem plectitur, ut hinc liqueat iustitia Dei.
 pudisco- Neverò quæredi ansam habeat ut dicat prodigi-
 ros siti. & Percussisti me castigatione crudeli: Mutauis mihi in or-
 fame cru- delem; sed, magis benedictus domino, gratesque refe-
 ciari pu- rat maximas, & dicat: Castigans castigauit me dominus,
 rat. & morti in non tradidit me. Corripit me iustus in miseri-
 Psal. 58. cordia & increpat me. Misericors dominus & iustus &
 10. Deus noster miseretur; vtque se tam patrem quam Do-
 Terent. in minum Deus comprobet, vtitur verbibus, in quibus
 Andria. mansuetudo conspicitur: percutit virga Moyis, non
 sine manna; propinat amaras vndas Mara, sed dul-
 xerem 30. coratas: infundit priuriens rodensque vinum plagi,
 Job. 30. Samaritani, oleo admixtum; potandum præber ab-
 Psal. 117. synthium, melle delibutum: fetit virg s spiculis, inter-
 Psal. 140. textis rosis: Corripit pana, cuius rigor dulcior
 Psal. 114. habet admixtum. Nullum certè opus Dei, in quo
 Heb. 9. non vratur misericordia. Miserationes eius super omnia
 Exo. 15. opera eius. verit. & Hieronymus: Misericordia eius in a-
 Lxx. 10. mnia opera eius. Patiem & dominum agit, lente mace-
 Psal. 144. rans cum, & ad portas usque mortis deudens: Tabi-
 Psal. 38. cere fecisti sicut araneam animam eius. Appropinquant
 Psal. 106. runt usque ad portas mortis, anima eorum in malis ta-
 & istot. bescebat; ut liber ab instanti morte, velut & postis pa-
 ~ uer. nitere. Nolo mortem peccatoris, sed ut magis conuertere
 O. rum & & uiuas, dicit dominus. O deum optimum, qui pe-
 & le opor- cutit, non ut occidat! O dominum benignum, qui fu-
 teremere. mulos torquet, non ut sub tormentis deficiant, sed re-
 Nam a- sclera exienda, confitentur! O mitem bellorum, sed
 etimo. qui hostibus bellum infert non pascendum cruento, sed
 Leuitudi- pacem querens! Qui humiliat, non ut omnino de-
 ne ut ed. primat, sed ut in gradum restituat! qui incendiis
 Ezech. 18. non ut in fauillam redigat, sed ut calcificat! qui si-
 mulat cædes, ut vitam donet! finge in infernum depi-
 t. 2. merc, ut in paradisum attollat! dominus morificat

CONCIO PRIMA.

19

significat, dedit ad inferos & reducit. Ait ipse: Ego occidam & vivere faciam, percutiam, & ego sanabo. Quan-

tus pater & Dominus, Deus noster! ut iustus & cle-

mens simus! Misericordia & veritas obuiauerunt sibi,

instituta & pax oscularis sunt.

12. Non aduertitis Deum in hac correptione quasi
explicasse sapientiam suam, & in medicis artem o-
rientasse: Nec enim est in officinis medicorum, si tan-
tummodo primis labijs prælibarit Hippocratis a-
phorismos, qui ignorat, curandis morbis frigidis ad-
hibenda medicamina calida; oppilationibus, soluen-
tia; alii fluxui, constringentia; denique contrarijs
contraria curari.

D. Gregorius homil. 32. in Euangelia: Sicut aris
medicina calida frigidis frigida calidis curantur: ita Do-
minus noster contraria opposuit medicamenta pecca-
tu.

Ibidem. Cœlestis medicus singulis quibusque virtutis ob-
stantia adhibet medicamenta. Deus noster, verus Escu-
lapius, ut huius Hippocrates & medicus animorum, re-
gulariter pugnantia è diametro peccatis remedia ad-
mouet.

Anton. de Merii med. cap. 2. Periodes 3. Ther-
apeutica Galeni: Rationalis medicus, qui singulis natu-
ri sua esse remedia cognoscit, vni Aristolochiam intelle-
gu vitalem esse, alteri astrem nocuam, idque ob diuersa he-
minum temperaments.

Humiliationes superbos castigat Deus.

Pto. 29. Superbum sequitur humiliatio.

Isa. 40. Omnis collis humiliabitur.

Luce. 1. Dispersit superbos mente cordis sui!

Psal. 146. Humilians peccatores usque ad terram, id est

superbos antonomastice.

Psal. 17. Oculos superborum humiliabit.

Psal. 88. Tu humiliasti sicut vulneratum superbum.

Ezech. 17. Humiliavit lignum sublime.

16. 10. Sublimes humiliabuntur.

B. 2.

M.

10 DE FILIO PRODIGO

Isa. 14. Superbiens Angelus, cunctis præcellere,
Deo cœu pari ambiens opponi, præ cunctis deprimitur.
Ezech. 31. Iuxta impietatem eius eieci eum.

Ezech. 7. Secundum viam eorum faciam eis, & secun-
dum opera eorum indicabo eos. Item: Indicabo te iusta
vias tuas.

D. Aug. tom. 10. serm. 34. de verbis Domini: Qui pa-
uersè vult imitari Deum, ut quomodo Deus non habet al-
lium à quo formetur, non habet à quo regatur, sic ipse re-
lit sua potestate uti, ut quomodo Deus, nullo formante,
nullo regente vivat: quid restat fratres, nisi ut recedant ab
eius calore torpescat; recedens à veritate, vanescat; recedit
ab eo, quod summè & incommutabiliter est, in deum
deficiat? Hoc diabolus fecit, &c.

Gen. 3:

Ibidem, agit D. Augustinus de Adamo, qui volens
esse suæ libertatis, mihi factus est. Is appetendo scie-
tiam offendens Deum, ignorantia percutitur: quia Deo
gerere morem renuit, experitur animantium in se-
bellionem, quæ paulò ante ad nutum parabant; in se-
ipso quoque conspirationem sentit intestinam; pars
altera partibus eius studente, altera obſſidente, & acce-
bellum mouente.

Gal. 5. Caro enim concupiscit aduersus spiritum. Spi-
ritus aduersus carnem: Hec enim sibi iniucem aduersantur,
ut non quacumque vultus illa faciat.

Rom. 7. Video aliam legem in membris meis, repugna-
tem legi mentis mea.

Gulosus Adam, non contentus permisiss, vescitur
veritis: hinc nec veritis, neque concessis vescitur in pa-
radiso deinceps: edere autem cibum labore & sudore
quærat.

Gen. 3. In sudore vultus tuus, vesceris pane tuo.
2. Thessal. 3. Si quis non vult operari, nec manducet.
Diogenes proverb. Ni purges & molas, non comedet.
Desudet, anxietur, laboret Adam, nunquam co ali-
surgat opum, ut arbore vita vescatur: quam misit, &
dere volens de ligno scientia boni & mali.

Gen. 3. Ne forte mittas manū suā, & sumas etiā di-
gno vita & comedas, & vinat in aeternū, emisit eū Domi-
nus Deus de paradiſo voluptate.

Jerem.

*Jerem. i. Reddite secundum opus suum, iuxta omnia
quae fecit facite illi.*

Ezech. 31. Iuxta impietatem eius eieci eum.

*Gen. 6. Incontinentis Adæ genus, luxuriae est tuat igni-
bus, eorum pectoribus conclusus est Aethna; & ecce
tibi Deus effundit cataclysum, suffocantis flammis.*

Ezech. 31. Iuxta impietatem eorum percussi eos.

*Dan. 3, & 4. Plus hominem lapit Nabuchodonosor, ibidem
sor, & Dei cultum deferrit, sibi, etiam in imagine, vult: Lyranus,
hunc Deus hominibus inferiorem, pecudibus pa- & benè
tem, sorte & forma similem facit.*

*Simon Magus, Simoniacorum caput, volare per manusse
sera contendens insultabat Apostolis, & ipsi Deo; & humanā.
ecce mox ad preces Principis Apostolorū ceruicibus Vnde H. P.
etribusque allis, non volat, non graditur, non mo- politum
uetur per bella ausi; ipsi deficiunt & peuæ & pedes, ut Martyrē,
sit optimè S. Maximus Episcopus, disscrens de hoc
nouo Dædalo.*

*D. Maximus homil. 5. in Natiuit. Apost. Petri &
Pauli: Petrus velut vinculum illum de sublimi aere depo-
suit, & quodam præcipito in saxo elidens eius crura con-
fregit, & hoc in opprobrio facti illius, ut qui paulo ante
volaret tenuerat subito ambulare non posset; & qui pen-
nas affumperat plantas amitteret: similis imprudenti
Icaro, quem singunt Poetæ propius soli volantem te-
mentatis penas dedisse.*

Ezech. 31. Iuxta impietatem eorum eieci eos.

Ouid. l. 8.

*Luce 16. Diues ille comedo dira discruciatur siti
medius flamus, qui pridè Epulabatur quotidiè splendide.*

*Exodi 15. Extinguere nititur Pharaon Iudeorum
genus; ipse verò cum suis sepelitur sub yndis, Iuxta
impietatem eius percussi eum.*

*Intumescit quis diuitijs? Non immittet Dominus
dertractores, non infirmitatibus corripit. Quorsum?
Nec enim oportuna malo remedia ista. Verum ab o-
pulentia ad egestatem parabit transitum ipsi: ex Cœ-
so faciet Irum. Superbit luxu fastue vestium & mo-
nium ciuitas florentissima? Eius serica commutabit
Deus in saccū; pro torque aureo, funibus incolas vin-
ciet.*

DE FILIO PRODIGO

Cic. Meministis eorum quæ vaticinatus est filius Ios
Isaías in simili casu?

Isa 3. Pro eo quod eleuata sient filii Sion. & ambulan-
runt extento collo, & nutibus oculorum ibant, & plaud-
bant, ambulabant, & pedibus suis complicito grada mi-
debat, decaluabit Dominus vertice filiarum Sion, & Domi-
nus crinē eari nudabit. In die illa auferet Dominus orna-
mentum calceamentorum, & lunulas, & torques, & mo-
nilia, & armillas, & mitras, & discriminalia & perifel-
das, & murenulas, & olfactoriola, & inaures & annulos,
& gemmas in fronte pendentes, & mutatoriola, & palio-
la, & linteamina, & acus, & speculā, & sindones, & vit-
ram, & iheristra. Et erit pro suaui odore fator, pro zona,
funiculus, pro crissanti crine, caluitum; pro fasciapietto-
rali, cilicium.

Cernitis ut Dominus concinno ordinae binas acies
aduersas ditigat?

Eccl. 42. Omnia duplia, unum contra unum, &
non fecit quicquam deesse.

Eccl. 1. Multiplicationem ingressus eius, scilicet ad-
nimas, quis intellexit?

2. Reg. 24. Exrollitur David numerosa multitudine
populi? Cupit catalogo descriptos vniuersos? Ecce ti-
bi repente Dominus cruenta strage hominum pen-
innumeram prostravit turbam.

2. Reg. 11. Alienum commaculat thorum David?
Extremam ignominię notam ipsis uxoribus iniuri-
permitit Deus.

2. Reg. 12. Tollam uxores tuas in oculis tuis, & dabo
proximo tuo, & dormiet cum uxori tuo, in oculis solis huius.

2. Reg. 16. Ingressusque est Absalon ad concubinam pa-
tris sui, coram vniuerso Israel.

Suetonius in vita Caligula. Hunc sequebatur pru-
denter morem imprudens Caligula Rom. Cæsar, qui
venustulis, comptilis, politulis aulicis sinciput der-
sum volebat, quo deformarentur, qui specie ornatu
superfluo compta irritamento essent ad libidinem.
Itaque, exemplo Dei, non vna erit Judicibus etimi-
num omnium plaga; ut nec medicus omne medica-

CONCIO PRIMA

25

vulnus diachylo: non omnem reum in crucem a-
git; sceleratos cunctos crucifragio nō plectant; non
omnes feriant securi; non omnibus vincitis unus sit
communis per ignem cruciatus: ast sicarius gladio *Luca. 19.*

pereat; haereticus, igni tradatur; prædo, palo suffiga-
tur; fur in cruce sit coruis pabulo. Fur suspendatur. Fur

niddat quadruplum unus uno, alius alio plectatur sup-
plicio, quomodo diversimodè in suis procedit Deus.

111. *D. Aug in*

dicte ex speramus adhibita curando reo, Deus bone, *Psal. 21.*

proportuna, congrua, apposita prodigo nostro fames! *Deus me-*

gnorans medicos, ut malo prouidè medeantur, inue-

tigare sedulè eius originem? *Quid cum quo, quid à medica-*

to? & quid quod potest? Atque perspecta mali causa, *mentum*

toto esse in ea tollenda, ut & effectus eius tollatur? *Iudicatio, eff*

sequentium siue agendorum insinuatio, a-

ius medici. Porro copia prodigum immiserat Occi-

ano lasciuia.

Ezechielis 16. Hac fuit iniquitas tua, orium, saturi-

tu, & abundantia. *Vide 10.*

Eredi 32. Sedis populus manducare, & surrexerunt mum

ludere. *hara con-*

D. Hieronymus epist. 43. Ventrem distentum cibo, se-

cionum, qui tur voluptas genitalium. Optimè ergo Deus egesta-

tem immittit, ut sublata vberitate tanquam causa, mi-

nuantur impudicitæ, castitas paulatim inducatur fa-

me; & magis prodigus prandio inhicit deinceps

quam Veneris. Continentia corporis valetudinem son-

neat, & animi pudicitiam; ait optimè Eusebius. Sub-

trahit ferocienti in fessore a equo pabulum, quo le- *Isa. 31.*

nior fiat. Equorum, caro, ait Iesaias, equi insanentes Psal. 31.

in feminas. Nolite fieri sicut equus & mulus, quibus non

est in electus.

Jerem. 25. Vastat Dominus pascua arietum.

Psal. 38 Propter iniquitatem corripuisti hominem, &

tabescere fecisti sicut araneam animam eius.

Tollit à foco ligna, oleum subtrahit, ut flammam

imminuat. En remedium:

Subtrahit ligna foco, si vis extinguere flammam.

Marci 9. Hoc genus demoniorum non ejicitur nisi oratione & ieiunio. Extollat quatum libuetis Discomedes Agnum castum, cœu optimum inducenda castitati: singularia amoris remedium faciat Ouidius, nomen Quid. 2. tem luminaria rutam: cunctis præcellit famæ, quæ libidinem pellit, castitatem inuicit. Hinc Deus media affligit, utique remedio peculiari estuantis impudiciorum rebellitionis arma admittit; securum radici admovet, omne firmamentum panis contruit.

Psal 41. Arcum conseret, & confringet arma, & scuta igni comburet.

Basilius, Quod Deus non sit author mali: Diabolus auctor à male viuentibus, instrumentum ipsorum ad iniuriam corrumpebat.

Ila 3. Ausferet Dominus omne robur panis, & omnibus aquæ.

Hoc loco discite Pralati & Domini, scrutari causas calamitatis nostræ, originem hæresis, insolentie militum, principia ruinæ Rerum publ. atq; incognitas causas, ferri mucronem concutere.

Cicero 3. Tusculan. Ut medici causa morbi inveniantur curationem esse inuentam putant sic nos agri udnii causa reperita, medendi facultatem reperiemus.

14. Amplius: vt imperiti medici vnicum cataplasmatis genus, omni vulnæ, omni malo, & alijs pluribus admovent: uno collyrio omnium oculos curare volunt,

ait S. Hieronymus; quomodo Ægyptij, teste Diodoro, ægros pene omnes, aut abstinentia, aut vomitu curant; & vt damis ceruisque vnicum superest ad dictum aduersum iacula omnigena configuum;

canibus ad omnia vulnera est lingua: & sicuti ineptilli parant, inquiete Galeno: Hortulanus quoque, qui

omni terra omnigenas infestunt styrypes: quorū equidem plantare vineas sub climate frigido; refi-

gerato potionem, niuali aqua, aphrogata, aut cremo-

re lactis permixtam, aut fruges ipsa hyeme frigidiores apponere? Quorsū estuant ad instar Æthiopis vina gen-

rosa, aut vitæ liquorē stillatitū vt aiūt, pinnacis? Hac

ratio;

Omnis remedium non omni malo accommodum

D. Hiero.

in 1. pref.

comm. in

epist. ad

Ephes.

Vide Plin.

l. 8. ca. 25.

26. 27.

Ælian. l.

1. var hist.

Solin. c.

3. Virg.

Ænei. 12.

Galen. l.

9. Therape

ntic.

C O N C I O P R I M A .

25

tatione procedens Physicus, ægro iniurius, sibi dede-
con foret: Sic Deus , censetur indiscretus corre-
ctor prodigi, si quavis alia pœna luisset indifferen-
ter; puniens vero peculiariter fame , & cuilibet ma-
le oportunum adhibens somnentum, suam euincit pe-
nitiam.

15. Haud satis est. Quemadmodum medicis sunt
simplicia, compositiones penè omnes intrantia : in o-
ratione sententiae multis discursibus aptæ ; bellicis,
strategemata oportuna superandis hostibus cunctis,
cuicunque specialiter est famæ , in bello corporeo **Quanta**
ad omnia faciens, & affigendæ ciuitati, & lacerfendis **valeat in**
castris; aduersum equites , & pedites; æstate & hye- **bello fa-**
me; contra homines & iumenta valens ; cuius deni- **mes.**
que robur, facultas, potentia ad omnia recenseri ne-
quit:

Menander: λιμὸς μὲν γίγνεται ἀλγήσατες ἔπος. Id est,
fame ist maximus angor hominibus : fami enim nihil
obluctari potest.

Lucanus 1, Pharsal. belli: **I**rrarum causas & sum-

ma favoris
Annona, momenta trahi: namque afferit urbes
Sola famæ, emiturq; metus, cum segne potentes
Vulgaris alunt; nam nec sit plebs ieunia timere.
Cato in oratione qua dissuasit legem Agrariam;
Arduum est ad ventrem verba facere, qui careat auri-
bus.

Plautus in Persa Comedia, Saturio loquitur Toxil-
lo seruo suo: Me quoque etiam vendari licet, dum satu-
rum vendas: Et sicuti medici docti constituant fre-
quenter ægis ieunia; quo remedio communiter vte-
bar ad febres Asclepiades, referente Celsi, ratus in-
fimi vires ieunio, vigilia, siti extenuandas planè, vt i-
deo primis diebus nec balnea concederet; addit quo-
que Celsus in omni morbo hoc vnicè obseruandum;
vt scilicet medicus exploreat crebrò ægri robur ; &
quamdiu aliiquid virium superesse cognoverit, assidua
abstinentia, inediaue morbum lacerfet: pati modo , è
tot flagellis, rotidem medicamentis curandis impjs

Fames est quoque Deo fames, qua plerumque varia' plurimæ
communo specie discreta corrigit & curat seclera, ac penè equa-
liter omnibus prodest. Non videtis superbum fame
humiliari? Avarum rubiginosos educere thelantes?
Luxuriosum, continere? Iracundum, si egeat, fieri mi-
tiorem? Pauper amet caute, timeat maledicere pauptr. E-
daceum, paucis contentum? Delitosum non fastidite
insipida? Non est fastidiosa fames. Otio & inertiæ ip-
Persius in proem. pentem excitati ad laborem? Qui vitat molam, vint
farinam. Omnium stolidissimum euadere argutum!
Multæ docet fames. Ingenij largitor venter. Stolidissimi-
animal edoceri quæcumque libuerit? Cicutariferoci-
simum, etiam Myluo aut Erodo?

Hinc optimè Simon apud Stobæum serm. 15. fama
atque sitis non obliuisci oportet: multum enim potest apud
sobrietatis ac prudentiae studiosos.

Fame excoluntur, instruuntur, componuntur ca-
nes, fame discunt vropygio suo insidere: hue ille
Iuc circumagi, exsiliare, saltare &c. Hac, feræ in-
genia sylvestria deponunt: per ipsam, præter na-
turæ ordinem & cursum discunt aues effingentes
humanis similes voces. Sit argumento celebran-
mus ille psittacus, qui, comiter Cæsares saluta-
bat.

Persius in proem. Quis expeditius psittace suum
Xalpi?

Coruos quis olim concavum salutare?
Picajque docuit verba nostra conari?
Magister artis, ingenijque largitor
Venter, negatas artifex sequi voces.

Maximus Tyrius serm. 19. Legistis inquam de Lybio
ille astuto, qui ut le persuaderet Deum, congregatas
plurimas aues garrulas, docuit, haud dubie famis o-
pera geminare certatum trinas illas voces, Magnus
Deus Psaphon, sicque instructas in proximos montes
dimisit; quæ temporis lapsu alias quoque similiter
docuerunt; adeò ut Lybiæ populus fallaci illo hym-
no deceptus, ceu Deum admirerit? Arbitramini fa-
mem non potissimum tyruncularum avium extin-
ſionem.

CONCIO PRIMA.

27

magistrum? Nouit perspicax in hisce & alijs aquila *plin l. 10.*
 quantum valeat fames imbuendis pullis: hos enim ic *c. 3. & 4.*
 iunos dimittit aliquot dierum interuerso , pauidos,
 accidentes pennarum remigio aera strenue percute-
 re. Ita, magnus ille peccatorum præceptor & Do-
 minus fame serit prodigum , iueter terrenis istis in-
 hiatem totum ; ut cœlestia petere intrepide docea-
 tur. Facta est fames valida in regione illa , & ipse cœpit e *Gen. 8.*
gen. 21.
gen. 41.
 ger. Efficacius nil reducenda aberranti columbae in
 arcu Noe, quam virtem omnem ramum cui insi-
 devenitus tollere. Aptius nihil inducenda Agat
 ancille ut morem gerat sedulè Saræ dominæ , quam
 sibi penè in deserto perire. Nil oportunitus subdendis
 filii Iacob Ioseph dominanti in terra Ægypti, quam
 ingruere famem regioni suæ. Lacescendis Phylistheis
 commodius nihil vulpibus incendiarijs, per segetes
 ad mellem maturas dimisiss, à Sampsone. Nihil vehe-
 mentis reuocando Ioab in domum Absalonis. Iqua
 ipsum mellem incendere. Nihil potentius ledigenda
 ad incitas hosti, quam commeatus transitum ipsi pre-
 clude. Nihil quo que melius reducendo prodigo ad
 patrem, fame.

Cicero pro Cœlentio : Plerumque bestia fame do-
 minante ad eum locum ubi aliquando pastæ sunt , reuer-
 tuntur.

16. Adhæc, alio quoque respectu famis flagellum
 erat congruum ; ut nimis lueret iuxta receptum
 canonem legum diuinarum, humanarumque, quæ iu-
 bent plerumque per ea castigari , per quæ parratum
 est crimen.

